



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Machvmetis Saracenorum Principis, Eivsqve Svccessorum
Vitae, Ac Doctrina, Ipséque Alcoran**

Bibliander, Theodor

[Basel], [1543]

VD16 VD16 K 2583

Christiano Lectori Theodorvs Bibliander S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98259)

CATALOGVS E RV M QVAE HOC

primo Tomo continentur.

- PHILIPPI Melancthonis ad Alcorani lectorem Praemonitio.
 Apologia pro editione alcorani, ad Reuerendissimos patres ac dominos Episcopos & doctores Ecclesiarum CHRISTI, Theodoro Bibliandro auctore.
 Epistola D. Petri abbatis Cluniacensis ad D. Bernhardum Claraualis abbatē, de translatione Alcorani, siue Saracenorum legis, ex Arabico in Latinum.
 Summula quaedam brevis contra haereses & sectam diabolicā uaudis Saracenorum, siue Ismahelitarum.
 Praefatio Roberti Retenensis Angli ad D. Petrum abbatem Cluniacensem, de alcorani uersione.
 Codex authenticus doctrinae Machumeticae, ex Arabico uersus per eundem Robertum Retenensem, & Hermannum Dalmatam.
 Doctrina Machumetis summam comprehendens, quae apud Saracenos magnae autoritatis est, ab eodem Hermanno ex Arabico translata.
 De generatōe Mahumet, & nutritura eius, eodē Hermanno Dalmata interprete Chronica mendosa & ridiculosa Saracenorum, de uita Mahumetis & successoribus eius, eodem interprete.
 Annotationes eruditi cuiusdam & recentioris scriptoris, quae in alcorani manuscripti marginibus adiectae fuerant, una cum aliquot capitulum argumentis & censuris, item uaria diuerforum exemplarium uersione.

CHRISTIANO LECTORI THEODORVS
 Bibliander S.

Epiphanus ille Cyprius episcopus, quem diuus Hieronymus: & alij patres ecclesiastici tan-
 to opere praedicant nomine sanctitatis eximia, & eruditionis, in proximo librorum de haeresi-
 bus ualde probat scriptorum diligentiam, qui bestiarum & serpentum formas & naturas, plantarum-
 uim pariter noxiam & salutarem literis proferunt: ut qui generi humano maximum benefi-
 cium contulerint. Siquidem homines indicata uenena rectius cauere possunt, & si qui iam infecti sunt
 uel afflatu, uel morsu, uel denique aspectu noxiarum bestiarum, sanari possunt, indicatis remedijs, qui-
 bus uenenum acceptum expellitur. Eosque uros praecelaros Epiphanius noster se imitatum esse dicit,
 perscribendo falsas & pestiferas opiniones, turpiaque facta haeresum, quae a condito mundo ad sua usque
 tempora extiterunt. Quae quidem unica ratio & exemplum doctissimi pariter & sanctissimi episco-
 pi abunde defenderent, uel potius commendarent aequis iudicibus hoc uolumen, quo mortifera
 uenena draconis istius magni & rubentis sanguine humano, quod per Machumetem infudit mi-
 seris mortalibus, fide optima indicantur: simulque praebentur alexipharmaca, quae uenenum repellat,
 aut laesis praesentem opem ferant, cooperante gratia Domini Dei, qui uult omnes saluos fieri, & ad
 cognitionem ueritatis peruenire. Verum quia uaria sunt hominum iudicia, & alium aliud mouet,
 ut alterius consilium aut factum probet uel improbet, Apologia pleniori tum reuerendis, dominis &
 patribus episcopis atque doctoribus, tum pijs omnibus huius editionis rationes reddidi, paratus etia
 uberius atque prolixius satiscere, si quis a me postulet. Quamquam Christiane lector non dubito,
 quin diligenter Apologia nostra perlecta, non obscure sis intellecturus, me nulla prauitate animi ad
 hoc opus adductum, sed rationum maximas secutum esse. Nimirum ut satanae & antichristi astus atque
 fraudes detectae melius caueri possint, animique Christianorum confirmetur in fide Catholica, & ex-
 citentur ac grauiter inuigilandum saluti suae hoc nouiss. & periculissimo tempore, utque homines Chri-
 sto consecrati certatim incumbant ad oppugnandum antichristum, idque legitime suasque facultates con-
 ferant omnes ad ornandam & amplificandam Christi ecclesiam, cui nos totos debemus. Denique ut
 summa ope decoretur nomen Iesu Christi domini dei & seruatoris nostri, qui habet nomen scriptum
 in uestimento & femore suo, Rex regum & dominus dominantium: qui percutiet terram uirga oris
 sui, & spiritus labiorum suorum interficiet impium. Amen. Vale amice lector. Ex Tiguro xx.
 die Ianuarij. Anno salutis nostrae reparatae MDXLI II.